

Titulum Doctoratus
in Sacra Theologia
Perit^{is} et Ad^m R^{di} Dñi
Antonij Figuera P^{ri}
Canonici Loadjutoris
Ectlesiae Majoricen.



†
IHS

NOBILISSIMA

N Majoricarum Ciuitas, florentissimi
Baleárici Regni Princeps, non solū
aeris salubritate foelix, sed ingenio-
rum cōpia celeberrima, vt egregiæ indolis vi-
ros, quibus floruit semper, præmiōrum spe ad
litterarum inflammaret studia, Pontificijs, Cæ-
sareis, Regijsque olim nobilitata fuit priuile-
gijs ad Generale scientiarum omnium Studi-
um, ad instar antiquissimi, & toto terrarum
orbe decantatissimi Illerdensis erigendum; id
etenim Perillustribus, ac Magnificis Patriæ Pa-
tribus, totiusque Regni Procēribus enixē postu-
lantibus, omnium votis annuit Serenissim⁹ **FER-**
DINANDVS Aragonum, & Castellæ Rex poten-
tissimus diplomate suo Cordubæ dato 30 Augus-
ti Anno post Orbem redemptum 1483. quod re-
gio postmodum firmavit Priuilegio CæsarAugustæ
Kalendis Februarij Anno 1505. approbavit, & con-
firmavit Augustissimus Romanorum Imperator
CAROLVS V. 11 Maij Anno 1526. roborauit **PHI-**
LIPPVS II. Hispaniarum Rex inuictissimus apud
Sanctum Laurentium el Real 24 Octobris Anno
1597. quodque Cæsareis, fuerat, Regijsque tempo-
re quodam priuilegijs sancitum ad Serenissimæ
MARI



2
MARIANNÆ Hispaniarum Reginae præces,
Pontificijs suis firmitus stabilivit Sanctissim^{us} **CLE-**
MENS Papa X. 17 Aprilis Anno a mundo repara-
to 1673. Cum itaque præfatis diplomatibus erecta
fuerit Scientiarum omnium Pontificia, Imperialis,
Regia, Lulliana Acadèmia, æquissimumque sit vi-
ros de re litteraria probe meritos, debitis honori-
bus prosequi, eos præcipue qui laboribus, vigili-
isque, non minus in disciplinarum splendore,
quam in bonarum virtutum ornamento conse-
quendo insudarunt, Nos **D. Dominicus Sureda**
de San Martin S^{ac} Theologiæ I. V. D^{or}, Sanctæ Ma-
joricensis Ecclesiæ Canonicus, hujus Almae V^{ti}s
Rector, & Procancellarius pro H^{mo} & R^{mo} Majori-
censium Antistite, ejusdem Academiæ Cancellario,
singulari amore prosequi cupientes, atque
per auctoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus
in hac parte fungimur, præcipuis in re litteraria,
honoribus, & gratijs cumulare volentes eos, qui,
ignavia depulsa, non solum ingenij acumine præ-
diti conspiciuntur, verumetiam conatu omni sese
iucundissimis Scientiarum studijs generose deuo-
uerunt; cæterum, cum amplissima litterarum or-
namenta, non nisi viris meritorum excellentia cõ-
spicuis, concedi valeant; nec æquum foret, non me-
rentibus præmia conferre virtuti imparia, sancitum
æquissime

3
Causissimè fuit in hac alma nostra Acadèmia
Doctores aureandos varijs, & sane difficilibus tentari ex-
aminibus; quæ cum subire non perhorrescant,
qui gloriæ avidi, periculis ipsis, viam ad veræ
laudis honorem, non modo sibi aperiant, sed mu-
niunt firmissimam: Studiosus, ideo vir **ANTO-**
NIVS FIGVERA Presbyter Canonicus Coad-
jutor, Philosophiæ jam, sacraque sapientiæ Bac-
calaureus, quem morum probitas, scientiæ, vi-
tæque honestas, ac fama non mediocriter ap-
probant, & extollunt, cupiens in facultate Sacrae
Theologiæ Magisterij, seu Doctoratus gradum
adipisci, eoque insigniri, super hoc nobis humi-
liter supplicavit. Nosque attendentes, iustas fo-
re ipsius præces, & rationi maxime consonas,
eundem secretò tentandum, atque scrupulosa cu-
ra examinandum commissimus perillustribus
Dominis DD. **Gabrieli Melquida** Archidiacono,
Ioanni Martorell Canonico, Collegiatis, **Francisco**
Pou, & Patri F. **Francisco Estapoll** Sancti Francis-
ci de Observantia Cathedraticis, a quibus ad in-
corruptæ iustitiæ lancem approbatus fuit. Iussu
præterea nostro integerrimo pariter, ac sapientis-
simo Theologorum Collegio coacto Die 9 Men-
sis Martij Anno Millésimo sexcentésimo nonagés-
simo

2
MARIANNÆ Hispaniarum Reginae præ-
Pontificijs suis firmitus stabilivit Sanctissim^{us} **C**ona-
MENS Papa X. 17 Aprilis Anno a mundo repa-
to 1673. Cum itaque præfatis diplomatibus erecta
fuerit Scientiarum omnium Pontificia, Imperialis
Regia, Lulliana Acadèmia, æquissimumque sit vi-
ros de re litteraria probe meritos, debitis honori-
bus prosequi, eos præcipue qui laboribus, vigili-
isque, non minus in disciplinarum splendore,
quam in bonarum virtutum ornamento conse-
quendo insudarunt, Nos **D. Dominicus Sureda**
de San Martin S^{ac} Theologiæ I. V. D^{or}, Sanctæ Ma-
joricensis Ecclesiæ Canonicus, hujus Almae V^{er}is
Rector, & Procancellarius pro H^{on}o & R^{on}o Majori-
censium Antistite, ejusdem Academiæ Cancellä-
rio, singulari amore prosequi cupientes, atque
per auctoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus
in hac parte fungimur, præcipuis in re litteraria,
honoribus, & gratijs cumulare volentes eos, qui,
ignavia depulsa, non solum ingenij acumine præ-
diti conspiciuntur, verumetiam conatu omni sese
iucundissimis Scientiarum studijs generose deuo-
uerunt; cæterum, cum amplissima litterarum or-
namenta, non nisi viris meritorum excellentia cõ-
spicuis, concedi valeant; nec æquum foret, non me-
rentibus præmia conferre virtuti imparia, sancitum
æquissime

5
æquissime fuit in hac alma nostra Acadèmia,
laureandos varijs, & sane difficilibus tentari ex-
aminibus; quæ cum subire non perhorrescant,
qui gloriæ avidi, periculis ipsis, viam ad veræ
laudis honorem, non modo sibi aperiant, sed mu-
niunt firmissimam: Studiosus, ideo vir **ANTO-**
NIVS FIGVERA Presbyter Canonicus Coad-
jutor, Philosophiæ jam, sacræque sapientiæ Bac-
calaureus, quem morum probitas, scientiæ, vi-
tæque honestas, ac fama non mediocriter ap-
probant, & extollunt, cupiens in facultate Sacræ
Theologiæ Magisterij, seu Doctoratus gradum,
adipisci, eoque insigniri, super hoc nobis humi-
liter supplicavit. Nosque attendentes, iustas fo-
re ipsius præces, & rationi maxime consonas,
eundem secretò tentandum, atque scrupulosa cu-
ra examinandum commissimus perillustribus
Dominis DD. **Gabrieli Melquida** Archidiacono,
Ioanni Martorell Canonico, Collegiatis, **Francisco**
Pou, & Patri F. **Francisco Estapoll** Sancti Francis-
ci de Observantia Cathedraticis, a quibus ad in-
corruptæ iustitiæ lancem approbatus fuit. Iussu
præterea nostro integerrimo pariter, ac sapientis-
simo Theologorum Collègio coacto Die 9 Men-
sis Martij Anno Millésimo sexcentésimo nonagés-
simo

6
sumo tertio, temata sortitus ex Magistro sententiarum; Primum lib. 2. Dist. 37. Secundum lib. 3. Dist. 18. Si Christus meruit sibi & nobis. Tertium lib. 4. Dist. 4. Quod alij suscipiunt Sacramentum &c. Et ex sacris Biblijs. Primum Esdrae Cap. 3. 4. & 5. Secundum lib. Prouerb. Cap. 24. 25. & 26. Et tertium lamentationes Ieremiae, ex quibus selegit Magistri sententiarum 2^{um}; & sacrae Bibliae 3^{um} intra viginti quatuor horarum spatium legenda, explicanda, & defendenda, quod statuto tempore praestitit; & primo quidem, per integram horam textus explanando, quaestionesque ab eisdem deductas dissoluendo; postea vero Patronum agente, Perillustri Dño Doctore **Ioanne Bañys** Presby^{ter} can^{onicus} Collegiato, Die sequenti decima, stabilitasque theses neruose, acriterque impetentibus Perillustribus DD. DD. Don **Francisco Togores** Canonico, **Raymundo Llinas** Rectore Collegiatis, P. **Didaco Garcia** Societatis Iesu, & P. **Augustino Pipia** Sancti Domini Cathedrae, argumenta opposita non vulgariter enervando: in quibus omnibus ita docte, adeo subtiliter se gessit, ut habitis super hoc votis, consensu, & suffragiis, praefatus Sacrae Theologiae Magistrorum, & Doctorum Cetus, praefatum

7
tum **Antonium Figuera** Presbyterum Canonicum Coadjutorem, tanquam benemeritum, valde condignum de toto rigore iustitiae, & nemine discrepante, suprema Theologiae laurea insigniendum, & condecorandum sensuerit. Idcirco, viso dicto Theologorum Collegij iudicio, statim eum ad sacrae facultatis Theologiae gradum Licenciatum pronunciauimus, & declarauimus. Die postmodum, decima septima Mensis Martij, plenissime obseruatis, quae iuxta Ordinationes, & iura Almae nostrae Academiae obseruari debent, nec non solenni Fidei professione ab eodem emissam, atque iuramento praestito de Immaculato **SANCTISSIMAE VIRGINIS** in primo ^{instanti} Conceptione pro viribus propugnando. Nos Procancellarius praefatus, auctoritate Apostolica, & Regia, quibus in hac parte fungimur, eundem conspicuum virum **Antonium Figuera** Presbyterum Canonicum Coadjutorem, ad gradum Magisterij Sacrae Theologiae promouimus, eiusdemque facultatis Doctorem fecimus, creauimus, ac constituimus, tanquam benemeritum, valde condignum de toto rigore iustitiae, & nemine discrepante, dedimus insuper, ipsique concessimus, atque per praesentes litteras nostras damus, & concedimus facultatem Cathedralis

dram de cætero ascendendi, Sacramque Theologi-
am ubique locorum, atque terrarum legendi, in-
terpretandi, arguendi, atque disputandi, & omnes,
singulosque actus faciendi, liberè & publicè ex-
ercendi, qui ad veros, & indubitatos in dicta sa-
cræ sapientiæ facultate Magistros & Doctores per-
tinere, & expectare dignoscuntur; aggregauimus-
que, & aggregamus Cætui, & consortio cæterorū
in præfata Theologiæ facultate Magistrorum, &
Doctorum, ut gaudeat, & utatur, ac uti, & gaudere
possit, & debeat omnibus, singulisque grati-
is, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, fauoribus,
honoribus, & prærogatiuis, quibus cæteri
in dicta facultate Sacræ Theologiæ Magistri
gaudent, & utuntur, ac uti, & gaudere possunt
in hac Alma Vniuersitate, & Generali Studio
Maioricensi, & ubique terrarum, atque locorū,
perinde ac si in Academijs Illerdensi, Bononi-
ensi, Tolosana, & quacūque alia, cuius priui-
legijs hæc nostra Balearica gaudet, seu gauderet,
prædictum Doctoratus gradum adeptus fu-
isset, iuxta tenorem Diplomatū Pontificiorum,
Imperialium, atque Regiorum, Vniuersitati Ma-
ioricensi super hoc concessorum. Insuper ut præ-
dictus inclitus vir **Antonius Figuera** Presbyter
Canonicus

✠
I VRAS ne per Deum immortalem, & hæc Sancta Quatuor Evangelia
te nunquam contra Sanctissimam Trinitatem, Fidem Catholicam,
Sanctam Sedem Apostolicam, Ecclesiam Romanam, aut Constitutio-
nes hujus Vniuersitatis venturum.

(Responde juro.)

NOS Dⁿ

hujus præsentis Regiæ Litterariæ Vniuersitatis Majoricensis te,

auctoritatibus Pontificia, & Regia, quibus in hac parte fungimur, creamus,
pronuntiamus, & constituimus te dictum
Magistrum, & Doctorem in tamquam benemeritum

Scientia damus etiam, & concedimus tibi licentiam, & facultatem atque
permissum Cathedram ascendendi ubique terrarum,
adque locorum legendi, interpretandi, arguendi, disputandi, qui ad veros,
& indubitatos in Magistros, & Doctores pertinere, &
spectare dignoscuntur. Aggregamusque te Cætui Cæterorum in dicta fa-
cultate ut gaudeas, & utaris, ac uti, & gaudere possis omnibus, & singu-
lis gratiis, Privilegiis, immunitatibus, libertatibus, fauoribus, & honoribus
quibus cæteri in dicta facultate Magistri gaudent, &
utuntur, ac uti, & gaudere possunt in hac Vniuersitate, & utuntur, ac uti,
& gaudere possunt in hac Vniuersitate, & ubique terrarum Doctores Vni-
uersitatis Illardensis cujus adinstar hæc nostra erecta est.
Ad hæc commitimus, jubemus, atque mandamus tibi
ut omnia insignia Doctoratus in huic
a te præsentato des, conferas, & tradas.

dram de ca
am vbique
terpretandi,
singulosque
ercendi, qu
cræ sapien
tinere, & ex
que, & aggr
in præfata T
Doctórum,
re póssit, &
js, priuilegi
ribus, honó
ri in dicta
gaudent, &
in hac Alma
Maioricénsi
perinde ac
énsi, Tolosá
légijs hæc
at, prædictu
isset, iuxta
Imperiálium
ioricénsi sup
dictus incli

Barville

